



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quarto Decretalium : In Quo De Sponsalibus, Et Matrimoniis, & quae eis annexa sunt, agitur, eadémque plenè, & theoricè explanatur, & declarantur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1678

Titulus. XIX. De Divortiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98293)

Triplices sunt causæ matrimoniales: quædam omnino politicae, seu civiles, ut de dotibus, & de hæreditatibus: quædam simpliciter spirituales, ut de partibus Sacramenti matrimonij, & benedictione Sacramentali: quædam sunt partim civiles, seu seculares, partim spirituales, ut de gradibus cognationis, divortij, & impedimentis, n. 18.

SERIES CAPITVLORVM.

IM ANTIQVVS.	c. 4. n. 14. & seq.
c. 1. n. 9. & 10.	c. 5. n. 4. & seq.
c. 2. n. 11. & seq.	c. 6. & ult. n. 6. & 2.
c. 3. n. 2. & seq.	seqq.

TITVLVS XIX. DE DIVORTIIS.

Agitur hic potissimum de divortio quoad torum, & cohabitationem, nam per mortem naturalem unius conjugis dissolvitur matrimonium etiam quoad vinculum. n. 1.

§. I. An, & qua ratione licitum sit conjugi instituere divortium, ob alterius adulterium?

ASSERTIO I. Coniux innocens, siue vir sit, siue mulier, potest dimittere à suo toro, & cohabitatione conjugem adulterum, vel adulteram, ut constat ex c. 5. *Matth.* n. 2. Si verò dimittat uxorem propter adulterium ab ea commissum, sine sententia iudicis, ideoque excommunicetur: uxor verò dimissa adhuc cum alijs adulteretur, & tamen petat viro suo restitui, dicens se iniuste ab eo dimissam, ipsamque ei dedisse occasionem adulterandi, tunc si adulterium uxoris est notorium, non est vir cogendus, ut illam recipiat, nisi confiterit, ipsum virum cum alia adulterium commississe, c. *Significasti.* 4. h. i. n. 3. Si maritus, sine iusta causa, dimittat uxorem, potest excommunicari, neque potest vir, propriâ auctoritate expellere uxorem, propter adulterium, sine iudicio Ecclesiæ, n. 4. Quomodo probari possit adulterium uxoris esse notorium? n. eod. Coniugi petenti restitutionem obstat exceptio notorij adulterij: quod si uterque coniux adulterium commisit, neuter potest contra alterum excipere de adulterio, cit. n. 4. Aff. 2. non tantum ob adulterium conjugis jus divortij competit coniugi innocenti, sed etiam propter alium quemlibet illicitum concubitum consummatum alterius conjugis, qualis est Sodomia activa, vel passiva, & bestialitas completa, non item incompleta, siue seminis effusione: neque pollutio sine copula, multò minùs amplexus, & tactus impudici, etiam animo adulterandi habiti, ad divortium sufficiunt. n. 5. Sodomia tamen viri completa cum propria uxore etiam invita, non præbet iustam causam perpetui divortij, nisi ad tempus, dum vir à scelere illo desistere non vult: quamvis contrarium quoque sit probabile, cit. n. 5. Aff. 3. Matrimonium separatam quoad torum, & cohabitationem, propter adulterium uxoris, redintegratur, si vir postea etiam adulterium committat, ita ut ad uxorem primam redire, eique cohabitare debeat, c. *Ex litteris.* 5. h. i. idemque est de marito respectu uxoris. n. 6. Statur confessio alterius conjugum, quando agitur ad separationem tori: non autem si agatur ad separationem vin-

culi matrimonialis, tunc enim non tenetur contra matrimonium, n. 7. Propter crimen non separatur matrimonium quoad vinculum. 7. Uxor ab adulterij pena propter scelus non excusatur, nec propter pauperiam, post factam separationem quoad torum adulterium mulieris, vir fornicari cum illa debet matrimonium redintegrari, mulier sibi restitui petere potest, cit. n. 7.

§. II. An, & in quibus casibus non liceat instituere propter conjugis adulterium

ASSERTIO I. Septem communi ter, qui tamen ad tria capita revocari possunt est, quia uterque coniux est ejusdem particeps, siue reus adulterij, tunc enim conjugum permissum est divortium instituere. 1. est, si adulterium culpâ vacet, quia non est injuriosum alteri coniugi. Tertium, si quis cens injuriam adulterij expresse, vel tacite, n. 8. Aff. 2. In specie adulterium vacat, ob illud non possit institui divortium. 1. si habilitate credens maritum esse mortuum, vel vicissim vir credens uxorem esse mortuam, ducat, n. 9. 2. si uxor fuit violententer non consentiente. n. 10. 3. non potest institui, si vir uxorem prostituat, adeoque uxoris consentiat, permittendo illi, ut illi cillè posset prohibere. Aliud est, si uxor vel delictum viri, non enim censetur coniux Quod si iustam causam habeat permissum, ut quia uxorem suspectam habens non prohibet, ut deprehensam dimittatur in id consentire, etsi indirectè occurrerit ei præbeat. n. 12. 4. si coniux, si mina accedentem ad se adulterum ex vincibili putavit esse suum conjugem, cognita, n. 13. 5. si inter gentiles, testatis, libellus repudij fuit datus, & non ad aliud matrimonium transeat, cit. n. 13. à conjugis innocente expresse, vel tacite injuria adulterij alteri, non potest institui re divortium, ad quod requiritur, ut innocens sit conscius adulterij, & ut copulis sit liberè, & sponte habita, n. 14. Quæ terea censetur condonatum adulterium. n. 15. Quamdiu coniux non est mortuus adulterio alterius, non potest eum dimittit bitam verò moralem certitudinem adulterius habet jus se ab adultero separandi, quoque propriâ auctoritate, quoad cohabitationem per sententiam iudicis. n. 16.

§. III. An, & qua ratione conjuges separati, si postea reconciliati, non uterque relabatur in adulterium, postea nullo divortium instituere?

Resp. Si post unius, vel alterius conjugum, sint reconciliati, & postea alter adulterium relabatur, potest alter divortium instituere. n. 17. Sed dubitatur hic, si post unius conjugis fornicationem, reconciliatio matrimonij non sit facta, sed unus quidem emendatus, verò in fornicatione persistat, an tunc con-

dates possit divortium instituere? Resp. affirmative, si tamen conjux emendatus alterum conjugem de emendatione pariter facienda admonuerit, isque adhuc fornicari pergat, *num. 18*. Dubitatur 2. si postquam sententia divortii est lata, ob adulterium alterius conjugis, innocens quoque in adulterium labatur, an hoc casu prior conjux adulter jus habeat repetendi innocentem? Resp. valde probabile est, conjugem adulterum nullum habere jus repetendi innocentem, qui post divortium adulteratus est, adeoque delicta non compensantur, quamvis Judex ex officio suo eos reconciliare possit, & ad hoc cogere, ob vitandū probabile periculū incontinentiæ, *n. 19*. Dubitatur 3. An conjux conscius adulterii alterius conjugis in conscientia obligetur se ab illo separare, illūque dimittere, & an factū divortio possit, ac debeat revocare, & recipere alterum conjugem? Resp. 1. communiter, ac per se non tenetur innocens conjux dimittere adulterum, etiam persistentem in adulterio publico, *n. 20*. Resp. 2. factū divortio, etiam per sententiam Judicis, potest conjux innocens revocare conjugem adulterum, & cogere ad redeundum, modò neuter conjugum statum mutarit, *n. 21*. Resp. 3. Conjux innocens ordinariè non obligatur ad recipiendum conjugem adulterum, etiam si sit emendatus, interdum tamen ex charitate recipiendus erit, *n. 22*. Resp. 4. Vir communiter non tenetur uxorem persistentem in adulterio dimittere; contra verò uxor non tenetur à viro adultero se separare; *cit. n. 22*.

§. IV. An vir possit dimittere uxorem, sine judicio Ecclesie, etiam propter publicum, ac notorium impedimentum parentele, seu cognationis?

Non potest quis, propriā auctoritate, & absque judicio Ecclesie, uxorem dimittere, cum qua matrimonium in facie Ecclesie contraxit, etiam si impedimentum v. g. cognationis sit notorium, *n. 23*. & 24. Conciliantur duo capitula hujus Tituli, quæ sibi invicem adversari videntur, *n. 25*. & 26.

§. V. Virum, & quando ob adulterium spirituale, sive ob lapsum in hæresim, vel apostasiam à fide alterius conjugis, liceat Catholico instituere divortium, & an ei reverso ad fidem debeat conciliari, seu ad eum redire?

ASSERTIO I. Præter adulterium carnale, potest etiam divortium institui, si alter conjugum labatur in hæresim, vel apostasiam à fide, & propter eam separati quoad torum, & cohabitationem, aliud matrimonium inire non possunt, quia conjuges manent, *c. 2. h. r. n. 27*. Qualecunque delictum unus conjugum committat, non potest alter ob hoc petere separationem matrimonii, etiam quoad torum, excepto crimine fornicationis, sive carnalis, sive spiritualis, quia incidit in hæresim, vel apostasiam à fide, idque propter periculum perversionis conjugis Catholici, *n. 28*. Aff. 2. Si uxor, viro lapso in hæresim, propriā auctoritate, ab eo se separavit, ad eum conversum ad fidem redire debet, & compelli. Si verò per judicium Ecclesie ab eo fuit separata, non debet compelli, ut ad eum redeat, *c. De illa. 6. h. r. n. 29*. Si unus ex conjugibus incidat in fornicationem spirituales, nempe in infidelitatem, vel hæresim, potest alter, propriā auctoritate, ab eo se separare, nec compelli potest per Ecclesiam redire ad conjugem per-

manentem in infidelitate, vel hæresi, *n. 30*. Hoc interest inter conjugem Catholicum recedentem ab hæretico, sine judicio Ecclesie, & recedentem cum auctoritate ejusdē, quòd priore casu, teneatur illum reversum ad fidem recipere, non autem posteriore casu, sed possit liberè ab eo discedere, *cit. n. 30*. Uxor, quæ propter viri hæresim, propriā auctoritate, & sine judicio Ecclesie, ab eo discessit, tenetur ad eum redire, si idem vir ad fidem revertatur, *n. 31*. An ad hoc, ut conjux separatus judicio Ecclesie à conjugē hæretico, non teneatur ad hunc redire, requiratur, ut uxor v. g. Catholica judicio Ecclesie separata à viro suo ingressa fuerit Religionem, & in ea professa? *cit. n. 31*. Tunc conjux ob hæresim dimitti potest, si peritinax appareat, & pœnitentiam agere renuat, *n. 32*.

§. VI. An sicut conjugale vinculum non dissolvitur, altero conjugē fidelium in hæresim, vel infidelitatem lapso, ita etiam si unus ex infidelibus conjugibus convertatur ad fidem, dissolvatur vinculum conjugii, & convertus aliud matrimonium contrahere possit?

Si unus infidelium conjugum convertatur ad fidem Catholicam, & alter infidelis nullo modo, vel non sine blasphemia Divini nominis, vel ut pertrahat ad peccatum mortale, ac pervertat, conjugi fideli cohabitare velit, hic convertus ad secundas nuptias, si voluerit, transire poterit. Si verò alter fidelium conjugum vel labatur in hæresim, vel transeat ad errorem infidelitatis, is, qui relinquitur, non potest vivente altero conjugē, ad secundas nuptias transire, *c. Quanto, 7. h. r. n. 33*. An S. Pontifex Cælestinus III. definiverit matrimonium dissolvi, cum alter conjugum in hæresim labitur, vel ad Gentilium errorem transit? *n. 34*. Tres requiruntur conditiones, ut infidelis conjux ad fidem Christi conversus possit cum alia matrimonium contrahere. 1. Si infidelis omnino renuat cohabitare cum conjugē fideli. 2. quando non vult sine injuria Creatoris cum fideli commorari. 3. quando ex convictu fidelis cum infideli sequitur periculum inductionis ad peccatum mortale: est autem probabilius his casibus dissolvi matrimonium tum demum, postquam Christianus de facto matrimonium cum alia contraxit, *n. 35*. Si alter fidelium conjugum labatur in hæresim, vel transeat ad errorem Gentilium, quod non possit ad aliud matrimonium transire, post Concil. Trident. *sess. 24. can. 5. de Sacram. marr.* est de fide, *n. 36*. Explicatur textus Apostoli ex 1. Cor. 7. *cit. n. 36*. Matrimonium contractum inter infideles est verum, ac legitimum matrimonium, non tamen ratum, quia non est Sacramentum inter infideles, nec gratiam confert, & quamvis consummatum sit, potest dissolvi per conversionem alterius conjugis ad fidem, cum tamen matrimonium consummatum Christianorum sit indissolubile, *n. 37*. Quòd si ambo conjuges infideles convertantur ad fidem, eodem tempore, inter eos matrimonium non dissolvitur: & quid si unus post alium convertatur ad fidem? *cit. n. 37. in fine*.

§. VII. Proponuntur, & resolvuntur aliæ quæstiones circa matrimonium infidelium converforum ad fidem Christianam, & divortium inter illos instituendum?

Pagani, seu infideles conjuncti in gradu prohibito

bito à lege Canonica tantum, conversi ad fidem non separantur. Si infidelis prius plures uxores habebat, post fidem susceptam adhærebit primæ. Et si repudiata uxore, cum secunda contraxit, etiam post Baptismum dimittet secundam, & adhærebit primæ repudiata, etiamsi repudiata cum alio contraxisset: secus si fornicata fuisset, c. *Gaudemus*. 8. h. t. num. 38. Aff. 1. Pagani, seu infideles conjuncti in secundo, tertio, vel ulteriore gradu lineæ collateralis Jure Canonico tantum prohibito, non debent separari. Si verò sint in gradu lege Divinâ prohibito conjuncti, debent conversi ad fidem separari. Quod si infideles conversi ad fidem volunt cohabitare, sine contumelia Creatoris, & periculo inductionis ad peccatum, non sunt separandi, sed licite manent conjuncti, qui ante conversionem ad fidem matrimonium contraxerunt, quia per Sacramentum Baptismi non dissolvuntur conjugia, sed crimina dimittuntur, n. 39. Inter quas personas jure Divino, & naturali est prohibitum matrimonium, etiam inter infideles? n. 40. Sacramentum matrimonii latè acceptum, prout est signum rei sacræ, existit etiam apud Judæos, & infideles, cit. n. 40. An, & quâ ratione matrimonium contractum inter infideles, si postea convertantur ad fidem, post Baptismum, efficiatur Sacramentum, & indissolubile? n. 41. Posterioribus temporibus præceptum fuit ab Ecclesia, ne conjux ad fidem conversus permittatur simul habitare cum infideli, ob periculum perversionis, n. 42. Aff. 2. Si paganus, seu infidelis prius habuit plures simul uxores, post fidem susceptam adhærebit primæ, quia pluralitas uxorum simul ductarum est etiam jure Divino, & naturali prohibita, quamvis olim ex dispensatione Divina permixtum fuerit antiquis Patriarchis plures simul habere uxores, n. 43. Verum nunc in nova lege Evangelica hujusmodi dispensatio sublata fuit à Christo, n. 44. Quæ sit poena tum viri ducentis, eodem tempore, plures uxores, tum mulieris nubentis simul pluribus viris, sive de Jure Civili, sive Canonico? n. 45. Aff. 3. Si paganus, seu infidelis, repudiata uxore suâ, conversus ad fidem matrimonium contrahat cum secunda, etiam post Baptismum eam dimittere debet, quam secundo duxit, & adhærebit primæ repudiata, etiamsi hæc cum alio matrimonio contraxerit, nisi illa fornicata fuisset, n. 46. & 2. seqq. Post legem Evangelicam nec Judæis, nec aliis infidelibus permixtum est repudium legitimæ uxoris, quia Christus illud reprobavit, & matrimonium ad statum legis naturalis reduxit, in qua matrimonium erat indissolubile, n. 49.

§. VIII. An Ecclesia dispensare possit, ut infideles conversi ad fidem contrahere possint matrimonium cum relicta uxore fratris sui defuncti?

Non potest frater ducere uxorem relictam fratris sui defuncti, licet dispensetur cum noviter conversis, ut remaneant in matrimonio, quod in infidelitate contraxerunt, more Mosaico, ut suscitent semen fratris sui: licet deinceps tales, post fidem Christianam susceptam, matrimonialiter copulari non debeant, c. ult. h. t. num. 50. & 51. Infidelis, qui cum uxore contraxit, & consummavit matrimonium, tempore infidelitatis, non potest post Baptismum, contrahere cum consanguinea illius usque ad quartum gradum, cit. c. ult. h. t.

n. 52. Quis sit verus sensus hujus, quod supra dictum est, extenditur, ut habeat, si tempore infidelitatis initium fuerit, etiam non consummatum, n. 54.

§. IX. Quæ sit poena mulieris infidelis, si inde homicidium sit fecerit?

Homicidium necessarium, v. g. ad eversionem suæ vitæ factum, non privat ipse conjugii, & ipsa machinatio mulieris in mortem viri sui, mulier misit aliquos, ut suum maritum occiderent, & maritus invasus aliquem occidit, non privatur spe conjugii, quin post mortem suam possit aliam ducere: mulier verò post mortem viri sui, non possit alium ducere, n. 55. Idque declaratur n. 56. & 57.

§. X. An propter alias præterea causas, deest conjugium possit institui?

ASSERTIO I. Generatim loquendo, periculum animæ, seu salutis spiritualis, citum est se ab eo per divortium separatum, tale periculum durat, ut si unus conjugum ad gravia peccata pettrahere, & periculo inductionis ad peccatum, ob crimen quamvis grave, præter fornicationem, & spirituale, licitum est interdivortium instituere, n. 59. Aff. 2. Ob periculum vitæ, & salutis corporalis mariti conjugii ex cohabitatione, licitum est tum passo divertere, donec periculum sufficiens cautio ipsi præstetur de malo inferendo, n. 60. In specie autem iustitii est 1. Si vir sit leno, eamque incitet, vel sodomiam, vel ad furtum. 2. Si non ob quam iuste metuit uxor mortem, vel nem: vel si is gravia verbera uxori iniicit, & frequentes discordias inter maritum, & alter conjux sit omnino obnoxius sine vitæ, aut alio gravi periculo, cum non possit. 3. Lepra, vel alius gravissimus contagiosus, n. 61. Qualis cautio præstaturiam viri? n. 62. & an propria auctoritas hinc inter eos fieri possit? n. eod. Apud quem factum divortio, patrem, vel matrem, & ali debeant? n. 63.

SERIES CAPITVLORVM

IN ANTIQVIS

c. 1. n. 55. & 2. seqq.	c. 6. n. 29. & 30. seqq.
c. 2. n. 27. & seqq.	c. 7. n. 33. & seqq.
c. 3. n. 23. & 3. seqq.	c. 8. n. 38. & seqq.
c. 4. n. 3. & 2. seqq.	c. 9. & seqq.
c. 5. n. 6. & seqq.	

TITVLVS XX

DE DONATIONIBUS INTER VIVOS

rum, & uxorem, & de dote post mortem restitucenda.

§. I. An, & qualis donatio inter vivos sit valida, & in quibus casibus sit valida, & vel prohibita?

Duplex est donatio inter conjuges, quæ